

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

**Caput XVI**

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

## CAPUT XVI.

## DE FALCONE.

**I**N Falcone tantum est robur, ut avem percussam à capite ad caudam usque dissecet. Drepanis avicula lacustris, ubi tintinnabuli sonitum audiverit, mactul ab hominibus lapidibus obrui, quam se attolleret. Solet laborare mortbo quodam, quem Falconarii Finlandiam vocant. Est vero id quoddam genus verium non longe à renibus, juxta quos membranæ cuidam tenui & propriæ involuti sunt, inflat filii graciles, longitudine dimidii cubiti, fortasse à generationis primordio: nisi occuteris, principales partes exedunt & cor ipsum. *Gyrfalconum diversa sunt genera.* Albi reperiuntur in Moscovia, Norvegia, Hibernia. Audaces sunt. Si in quinque grues unus emittatur, tamdiu persequitur, donec singulas in terram dejecterit. Escam in caverna servatam, quodam seriei ordine sumit. Nunquam sese aqua abluit, sed sola arena. Frigore tanto pere gaudet, ut semper aut super glacie, aut algido gettiat stare lapide. Etiamnum rufus plerumque quinquaginta aureis vénit. *Falco Rubeus* sic dictus est, quia gutta in cæteris alba in hoc genere rubra & nigra sunt: non autem videntur esse, nisi cum alas explicat. Rubedinis causa, color debilis infasias in superficiem corporis & inflammans fumosum humidum, quod excernitur ad generationem pennarum.

## CAPUT XVII.

DE GALLINA  
& GALLO.

**G**allina in regno Senegæ triplo sunt majores nostris, multæ prope Thessalonicanam. In oppido Furch versus orientem albæ lana teatæ inveniuntur: in civitate Queliosu regni Mangi loco pennarum pilos habent. *M. Paulus. venet. l. 2. c. 68.* Parvunt quadam ova